

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Olaus Palm

Breviarii Theologici Disputatio ...

8 : De Distantia ante- & post- Dordracenorum Reformatorum, in articulo Praedestinationis, ratione, mediorum fidei & salutis, ipsiusq[ue] Obiecti Praedestinationis ordinandi, Sententiarum adeo Calvinianorum superiosis & nostri seculi, circa illa, sive intervallo sive temperamento

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746203144>

Band (Druck) Freier  Zugang 

RU theol. 27.Jan. 1672

Varenius, Aug.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746203144/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746203144/phys_0002)

DFG

BREVIARII THEOLOGICI
Controversiarum post publicatam FOR-
MULAM CONCORDIÆ inter Theologos
^{agitatarum}
DISSERTATIO IIX.
^{DE}

Distantiâ ante - & post-
Dordracenorum Reformatorum,
in articulo Prædestinationis, ratione, me-
diorum fidei & salutis, ipsiusq; Objecti
Prædestinationis ordinandi,

Sententiarum adeo Calvinianorum superioris & nostri seculi,
circa illa, sive intervallo sive temperamento.

Quam
MODERATORE DOMINO,
Qui elegit nos in Christo ante iactum mundi fundamentum
Consensu venerandæ Facult. Theolog.

PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO, D.

& Professore Theologo, Sereniss. Ducum Mekleb.
Consistorii Assessore p. t. Collegii Theolog. Decano.

publicæ collationi Academicæ
d. XXVII. Januar. A. O. R. cl. lsc LXXII. hor. ab 8. antemerid. in AUDITORIO magno
submittebat

M. OLAVUS PALMI
Orbrogio-Nericiâ Svecus.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.

1672.

BREVIA IN THEOLOGICI
CATHOLICIS ET PROTESTANTICIS FOR
MUMA CONCORDIA IN THEOLOGIA

DIGESTA

30

Difinitio, quae est propter
Glorificationem glorificationis
in trinitate subservientia et exinde pars
fidei et operis, quae est opere.

MODUS DOMINI

AUGUSTO VARENIO, D.

deologiae theologorum et deologiae
Catholicae et protestanticae
et deologiae Christianae et
deologiae Christianae et

DE OPERA ET C. C.

ROSTOCHIENSIS, C. C.

(165)

In

BREVIARII THEOLOGICI ARTICULO

De

PRÆDESTINATIONE.

SECTIO IIX. De sententiâ Joh. Bergii, circa Prædestinationem,

& hâc occasione, summa quadam disputationis BERGLANÆ

habita Regiomonti An. clx Iuc XL. die 12. Octobris.

§. I.

Præ cæteris Joh. Bergius tum in aliis scriptis, tum in Irenico
cui titulus: Unterscheid und Vergleichung der Evans-
geliſchen &c. longissimè, nec ab absolutis solum supralapsariis:
ſed & ipliſ Dordracenis alicubi eſt abire viſus, ac ſi deſertis ſignis
in noſtra, Lutheranorum, quos ſic vocant, caſtra transſugæ fa-
cto oppuguare potiūs, quām propugnare Dordracenos cano-
nes conſilium fuerit. Ita Synodus Dordracena præterito-
nem, quā Deus certos quosdam ad vitam eternam non elegit, abſolu-
tam ſtatuit, ejusq; cauſam in mero Dei beneplacito conf. p. 343.
art. 15. p. 535. p. & in jud. prov. p. 15. 79. 90. 116. Contrà Bergius
p. 117. 118. Gott kan und wil ſeiner Warheit und Verheiſ-
ſung halber/niemand aus bloßen freyen Willen und Wohls
gefallen: ſondern allein ſumb ihrer Unbußfertigkeit und Un-
glaubens willen von der ewigen Seligkeit ausschliessen.
Suprà remonstratum, juxta Dordracenos, Deum non velle omnes
homines ad ſalutem vocari, idq; ex mero beneplacito, nec unquam
eos vocasse: ſed efficacem prædicationem conjunctam cum inter-
nâ illuminatione & tractione, multis abſolutè denegaffe,
juxta illud (quod paſſim illis in ore & calamo, eti contra-
mentem Christi ac Pauli) ὄντως εὐδοκία τῷ Θεῷ οὐ Matth. XI, 26.
& ὡς θέλει συληρύνει Rom. IX, 18. Conf. in A&C p. 515. 739. & in jud.
Prov. p. 262. 268. Contrarium docet Bergius: der Befehl
des Evangelii an ihm ſelbst/ daß die Menschen glauben und

Y

Wuſe

Buße thun sollen/ neben Verheissung der Vergebung und des Lebens/ ist an alle Menschen in gemein gerichtet/ und ganz keiner davon ausgeschlossen. p. 149. Idem ad quæstionem. Ist's aber auch Gottes rechter und ernster Wille/ daß alle/ die er eußerlich durchs Wort berufen lesset/ an Christum glauben und selig werden sollen? Respondeat. Ja freylich/ denn Gott ist getreu und warhaftig / was er eußerlich im Worte bezeuget/ das ist auch sein innerlicher ernster Wille. Quia illud perpetuum Dordracenorum in Canonibus & judiciis latibulum, distinctæ scil. reprobationis *negativa & positiva*, illius *absolutæ*, hujus *incredulitate limitata* (conf. supra in not. 1.) rejecisse visus D. Bergius : Ist also die ganze Verwerfung/ so wohl negativa, oder privativa, als positiva, daß er sie zum ewigen Tod und Verdammnis verstoßen/ nicht aus bloßer Macht und Willen : sondern aus gerechtem Gericht Gottes umb der Sünden Willen allein geschehen/ vid. pag. 117. Contrarium judicium Maccovii, juxta quem non negativa solum absoluta: sed & positiva: proutjuxta illa Bergiana, non solum positiva fuerit hypothetica: sed & negativa: at juxta Dordracenos, negativa absoluta, positiva hypothetica, ut jam vel inde in formalibus in 3. classes abeat secta Calviniana, & media quidem illa specie orthodoxa: cæterum, nec hæc adeo sincera.

§. 2. Licet enim hæc Bergii doctrina toti cœtui Reformatorum & integris Ecclesiis non sit adscribenda, nec ex Bergii adeo sententiâ de publicâ Reformatorum doctrinâ judicandum, qui ne quidē suæ de cætero communionis hominibus, ne dum nobis doctrinam sui Irenici publicam & communem omnium Reformatorum esse, persuadere unquam potuit, tamen nec ipse sic rectum cursum tenuit, ut non premere se Calvinianorum litus iniquum ostenderit. Apparet hoc inde, quod non solum horri

horridas illas vel heterodoxas saltim Antecessorum sententiās, non damnabiles ipse, quin omnes illas explicabiles ac facile conciliabiles judicarit, variosq; cum damnatis supralapsa- riorum opinionibus syncretismos formaverit: sed & in eodem Irenico non obscura latibulorum Calvinianorum vestigia hinc inde reliquerit.

§. 3. Sic in eodem scripto p. 115. Auf die Frage/war- umb Gott etliche Menschen zu solcher Gnade nicht erweh- let oder verordnet habe/dadurch sie in der That gewiss und unfehlbar gläuben werden / wird recht geantwortet/dass solches aus dem pur lautern freyen Willen und Wohlgefah- len Gottes geschehen/dessen gerechte Ursachen ihm am be- sten bekand/der auch solche Gnade einem andern nicht schul- dig ist & p. 119. Aber dass er sie nicht eben zu solcher Gnade/ wie die andern/ dadurch sie in der That gläubig und also ge- wiß sehlig würden/ erwehlet hat/ das steht allein in seinem freyen/ doch gerechten/ Willen.

§. 4. Non possum non ex præteriorum, juvenilis olim mihi Academicæ ætatis, annorum auctorumq; publicorum re- cordatione & habitâ anno cl^o I^oc XL. IV. Id. Octobr. s. die m. juxta Greg. 12. juxta Jul. 2. in Inclytâ Regiomontanâ super memorato scripto Irenico, opponente ipso D. Bergio, r̄p v̄v ßavorti, disputatione, quædam non aliena adeò à præsenti argu- mento huc adferre. Igitur cum proximè allegata, velut su- perioribus à Calvino declinantibus nervos incidentia, cumq; Calvinianorum, Dordracenorum præprimis, Canonibus & ju- diciis sic satis consonantia illi essent objecta, positumq; ex hâc hypothesi Bergianâ: Deum ex absoluto beneplacito & volun- tate quosdam non elegisse ad eam gratiam, quâ fidei possint fieri par- ticipes, necessariò sequi: Deum impios ex absoluto beneplacito das- mnatos velle, & reprobationem adeò absolute factam esse, ille mi- rificè

rificè & de allegationis falsitate, & contradictionis nullitate rhetoricatus, in illo nidulari latibulumve primarium, & equivocationis suæ formare voluit, quod de gratiâ, non ad quam sequatur sola credendi potentia: sed ad quam *actus ipse* vel effectus fidei & salutis ista scripsiterit, prout antea citata, non de fidei vel salutis *actu*, ex gratiæ divinæ efficaci operatione promanante: sed de credendi potentia, & in tantum adeò sufficiente gratia intellecta, vel ipsâ literâ teste, voluerit, à quâ possibilitate universalis ad operationem actus credendi universalem, affirmativè, prout ab hâc gratiâ actus credendi infallibilis, ad gratiam potentialem credendi vel fidei possibilis, negativè, non valeat consequentia. Non, inquit, valere, si sic inferas: *Deus dedit ipsis quoq; reprobis gratiam, per quam possent credere.* E. dedit eam gratiam quâ *actu credant*: nec contra: Deus non dedit illis gratiam, quâ *actu credant* (quod ipse l. alleg. p. 115. & 119. statuerat) E. nec dedit illis gratiam s. non elegit illos *ad gratiam, quâ fidei participes fieri s. actu credere possent*, cum juxta illud de triviis (quod OppONENTI proximè assidens tunc politicorum nonnemo in aurem insurribat, &, allegato vicino dictatore, Bergio objiciebat) à posse ad esse, vel à potentia ad actum, non valeat consequentia. Igitur ubi concederit, gratiam, in ordine ad fidem, & salutem, sufficientem, suppositâ redemtione & vocatione, communi, etiam reprobis datam, intelligendum, de potentia externâ tum internâ, eademq; resistibili, non de actualis. ad quam ipso *actu fides sequatur*, quippe quæ sit Electorum propria, & cui nemo Electorum resistere possit.

§. §. Responsum tunc & pro legitimandâ consequentiâ, vel hujus deductione ex scripto Bergiano legitimè factâ sic illatum: *Si Deus ex absoluto beneplacito & voluntate reprobos non elegit ad eam gratiam quâ actu credere possint, vel infallibiliter actu credant, illi etiam actu credere non poterunt.* (quomodo enim,

enim actu credere possent, qui ex absolutâ gratiæ talis prævenientis & operantis negatione, vel absolutâ, quoad hanc gratiam, præteritione, credituri actu, nullo modo erant! (Porro: Si Deus ex absolutâ voluntate quosdam præterit illâ gratiâ ad quam sequitur actus fidei, & hos adeò vult in incredulitate permanere, utiq; eosdem etiam ex absolutâ voluntate vult damnatos. Sed prius ex mente Bergii, E. & posterius. Scilicet causa causæ est etiam causa causati. Voluntas Dei absoluta est, causa causæ s. non Electionis ad actualem fidem (quâ suppositâ non possunt non in incredulitate, cœu causâ damnationis, permanere) E. eadem. Dei voluntas est causa causati s. damnationis incredulorum, ut adeò, licet ipsa præteritio s. non electio ad fidem non sit formaliter ipsa damnatio, tamen, sup posito licet peccato, velut causâ damnationis meritoria, & communio omnium hominum, quandoquidem suppositâ gratiâ Mediatoris, hoc non obstat, quò minus possint homines salvari, modò media salutis ipsam qvæ adeò fidem non respuant: sed credant, proinde non tam peccatum, quām absoluta Dei voluntas, gratiam illam, ad quam sequatur actu fides, quibusdam conferre nolentis, s. ipsa, absoluta præteritio causa damnationis inductiva fuerit.

§. 6. Neq; adeò apparet, quid usq; adeo subsit huic distinctioni sententiæq; Bergianæ, ut ei de recessu vel distantiâ dogmaticâ ab aliis Reformatorum Doctoribus prolixè sit gratulandum. Licet enim in ipsâ praxi, vel ordine conversionis, sive gradus gratiæ, sive gratia specialis concipi possit, in actu credentibus præ illis, qui cum potuissent virtute sufficientis & efficacis gratiæ credere, actu non credunt s. fidem salutarem non concipiunt, quamdiu tamen supponitur gratia illa, ad quam ipso actu sequatur fides, absolute s. ex absolutâ Dei voluntate, particularis, velut aliis danda, aliis absolutè neganda, tamdiu gratia illa universalis, vanum, quoq; sic satis miserè miseris peccato-

Catoribus illuditur, habendi simulacrum est, quæ dum in blandissimo universitatis præconio miseros ad *anomopœiac* salutis cominus attollit, eminus, ubi ad rem venitur, vana spe illusos vel oscitantes opprimit, ostenditq; sic se universalem, ut quoad effectum (ad quem unicè interest) salutarem resolvatur in *absolutè particularem*, longeq; maximam generis humani partem in communi miseriâ & infidelitate relinquat, quia sc. nō est electa ad eam gratiam, quâ possit *actu credere* vel *quâ actu credat*: sed à gratiâ efficaci & operatrice *actus fidei* *absolutè exclusa*. Sive talis asseratur *gratia universalis*, sive, ex mente Dordracenorum & aliorū tum ante, tum post Dordracenorum statuatur in ordine ad fidem s. hominis conversionem *merè* & *absolutè particularis*, quâ rem ipsam nihil interest. Et quomodo vel gratia, quæ operatur posse credere, abstrahi vel separari poterit à gratiâ, quæ operatur, actu credere & vel cui bono illa gratia, cuius effectus est potentia credendi, abstracta, seu nunquam in actum traducenda, ex absoluta Dei non eligentis voluntate? Non minus sanè vana & illusoria distinctio illa, quam Hypotheticorum Paræi, Crocii, Cameronis, Amyraldi, Dallai, illa inter *gratiam & voluntatem servandi universalis* ratione *mandati approbationis*, non autem ratione *divine intentionis, applicationis, propositi, decreti*, vel inter *voluntatem precipientem & decernentem*, nec alter habet, ac si familiæ cibum qui saturare, ægroti medicamentum, quod sanare posset, quis daret, vel ferreis compedibus carcerive inclusa claves, quibus aperire carcerem, compedesve solvere possit, sic tamen, ut nec ille unquam *actus saturaret*, nec istud *actus sanet*, nec hæc *actus aperiat*, quia ad talem effectum vel actum secundum non solum non sint ordinata illa: sed & his obstacula, à parte ipsius dantis, ex *absoluta voluntate injecta*.

§. 7. Notarunt idem in Hypotheticis Fr. Spanhemius,
& Sa-

& Samuel Maresius, esse scil. perinde, non velle omnium hominum salutem, & velle hanc sub conditione impossibili & absolutè negatâ, i. e. perinde esse legatum denegare & sub conditione, sive naturaliter, sive moraliter impossibili dare, etsi talis conditio apposita sive pro ludicra habetur, sive pro nullâ & non peremptoria. Perinde est, sive denegare beneficium cæco, paralyticō, Lazaro mortuo, Pardo, Æthiopi, sive dare sub conditione (1) vivendi. (2) ambulandi. (3) virtute propria resurgendi. (4) maculas mutandi. (5) nigrorem abluendi. Deus dans omnib⁹ illam gratiam quā possint credere, vel volens omnes salvari sub conditione, aut simul intendit gratiam, qua actu credant, salvo ordine donare, & sic conditionem illam efficere (nec ulli absolutè hanc denegare) aut ad potentiam saltim fidei gratiam dare, alteram autem, dadurch man in der That gläubig/und also gewiß sehlig wird/ absolutè denegare ; atq; sic conditionem illam tantum exigere, non autem actu efficiere. At posterius juxta mentem Hypotheticorum & Bergii : unde distinctio illa Hypotheticorum habere instar Colossi, cuius caput aureum, sed pedes desinant in lumen, habere instar virginis formosae desinentis in pīcem, instar pomorum sodomiticorum visa (nec abs re) Fr. Spanhemio in exerc. de grat. univ. præf. ad lect. recteq; & à Spanhemio, & à Maresio agnitus, stante illa hypothesi, gratia operantis actu fidem, ab solutè particularis, s. ex absoluta voluntate aliis donatæ, aliis negatae, nihil ex illo dogmate universalis gratia & voluntatis salvandi hypothetica, vel gloria Dei, vel saluti consolationis hominum, solidæ accedere, cum sine proposito fidem omnibus & singulis donandi, infallibile sit & inevitabile, fide non donandorum, exitium in Spanh. in exerc. p. 70. Maresius in epicrisi Theol. advers. Dalmatum exerc. 6. p. 271. Scil. si Deus ab æterno ex absoluta voluntate constituit, quibusdam illam gratiam, per quam actu credatur, non dare; sed illos, sive in originali miseria, sive in noua con-

vā illā contumaciā absolutē relinquere , non potest dici
seriō velle omnes servari, vel si dicatur , velle omnes servari sub
conditione fidei, idem est ac si dicas , non velle omnes servari,
quia quibusdam absolutē noluit gratiam illām specialem , sine
quā non actu creditur , indulgere.

§. 8. Apparet inde, quo sensu alibi Bergius, citato quoq;
in consensum Josepho Hallo, concedere potuerit, *electionem ex
fide previsā*, scilicet sic ut supponatur in *electione ad gloriam ex
fide prævisa*, *electio absoluta* quorundam *ad gratiam fidei actualis*,
prout huic opposita, *absoluta* aliorum *non electio ad gratiam ef-
ficacem*, s. ad quam actu sequatur *fides* : elegerit scil. sic Deus
ad gloriam, ex *prævisione fidei*, quibus ipse ab æterno, donum
illud fidei absolutē destinaverit s. quos ab æterno absolutā vo-
luntate ipse ad gratiam, quā actu credant, & sic per absolutam
illam electionem ad gratiam fidei, salvi fiant, elegerit, quæ sa-
nè electio ex fide prævisā, suppositā gratiā fidei absolutā, resol-
yitur in electionem & non electionem s. reprobationē absolutā,
& gratiam efficacem ex intentione Dei absolutē particularem.

§. 9. Nec minus, ut in viam redeamus, constabit inde,
quo loco habenda cætera Disputationis illius Bergianæ , vel
nostrorum cum Bergio, qui subinde movit quæstionem : *An ea-
dem Dei gratia sit, quæ piis Electis & Reprobis conferatur?* cui cum
responderetur ex illo i. Tim. 2, 4. distinguendo item inter *volun-
tatem Dei antecedentem*, quā Deus ex æquo omnes, consequenter
sive electos, s. reprobos gratiosā seriaq; intentione salvos velit,
& salvā graduū œconomia gratiam sufficientē, et si non physicè
determinantem, obtulerit, & consequentem, concessa à Bergio est
voluntas antecedens universalis, usurpatumque hic non semel
absolute vocabulum. Sanè, non ex hypothesi, si credant, sive
Deus voluit omnium misereri & Christum pro omnibus mori
(talis enim voluntas universalis, in primis juxta resolutionem.

Calvi-

Calvinianam resolvitur in particularem) sive omnes votare.
 & in tali oppositione & ratione talium actuū voluntatem DEI
 antecedentem absolutē universalem facile concedimus, salvo
 tamen ordine in ipsā operatione, & diversis gradibus gratiæ, ita
 ut Deus nunquam voluerit extra ordinem, quem ipse præscri-
 psit, sive fidem conferre, sive ipsum supremum perseverantia
 gradum donare & sic salvare. Vult enim non solū Omnes ho-
 mines salvati: sed etiam ad agnitionem veritatis pervenire. Vult
 verbo & sacramentis tanquam ordinariis nostræ regenerationis
 instrumentis & mediis homines converti & regenerari: vult
 gradum gratiæ minorem s. gratiam primam petulanter non ex-
 cuti, quam qui præfractè per evitabilem & voluntariam contu-
 maciam excutiunt, quales illi Judæi Zelotæ (sed nec καλῶς, nec
 ἐκ καλῷ conf. de duplice Zelo Gal. IV. 17. 18.) ἀπόλετοις καὶ βλασ-
 φημοῦντις Act. XIII. 45. illis intensiorem gradum gratiæ s. majus
 incrementum consequente s. vindicatrice voluntate justè de-
 negat, ipsique sic præfractè sermonem Diàpropulsantes, seipso in-
 dignos eternâ vitâ decernunt & excludunt vid. ibid. v. 46. ut adeo
 ratione effectus salutaris sive intermedii sive ultimati, & in op-
 positione ordinatæ, voluntas antecedens non sit absolutè & in-
 determinatè. sed determinatè vel ordinatè universalis, neque
 supremo gratiæ gradu, quem perseverantem dicimus, fruan-
 tur, sive qui ad ipsam prædicationem Evangelii & primam ope-
 rationem gratiæ præfractè & blasphemè contradicunt, vel scin-
 tillulas S. Spiritus, quas ex prædicatione jam conceperunt, mox
 oppositâ rebellione extinguunt, sive πέραις, qui gradum il-
 lum gratiæ, quem habebant, quique ex parte supernaturalis
 principii solus sufficiens erat ad perseverandum in isto gradu
 petulanter excutiunt conf. Act. XXVI. 24. 28. Luc. IV. 29. prout
 contra non nisi Ordini illi cœlesti, virtute gratiæ prævenientis,
 operantis, cooperantis, perseverantis, obsequentes & adeo π-

(174)

τεμαχίου εἰς τὸν θεωρίαν, finaliter credunt & salvantur Act. XIII. 48.
Ceterum quo sensu *absoluti* vox usurpata, indicat assertio Bergiana superior. Scilicet gratia illa universalis reprobis absolute datur saltim ut sufficiens ad fidem possibilem: solis electis absolute datur ut sufficiens ad fidem infallibilem actualem: & sic, juxta Bergium, Deus ad illam gratiam sactum credendi absolute quosdam elegerit, alios absolute non ad illam: sed saltem ad gratiam quā possint credere, vocaverit, sc. ex universitate vocatorum, quosdam ad gratiam doni fidei absolute segregatos, non sine præscientiā futuri in tempore doni fidei ad gloriam prædestinaverit: ceteros in illo proposito dandi gratiam actu credendi absolute præteritos, ob infidelitatem veterem novamque reprobaverit, quod ipsum mutato saltim actu ordine & obiecto electionis positu, Calvinianorum vetus fermentum, & inane gratiæ simulacrum est: quin in minutiori excussione resolvitur in illud Hypotheticorum: *Voluisse Deum serio omnes salvos fieri, si credant: noluisse tamen (idq; absolute) dare omnibus ut actu credant.*

§. 10. Nec analysis sive Theologam sive Logicam facile sustinebit, citra ἀντιμετόπιστον τον αντιμέτωπον s. oppositi in aperto notam, responsum Bergii quæstioni comparatum: sc. gratiam oblatam reprobis sufficientem esse ut possint credere, & illis ipsis tamen reprobis insufficientem esse, quia rejiciunt. Sanè, nisi in re seriā λογικῶν & in umbrā ludere vel ex magnâ controversiæ σύντομᾳ conciliationem fingere placeat (quod quidem Sophistarum potius est, quam Theologorum) conciliari nullo modo possunt hæ positiones: Deus ex solo liberrimo & absoluto beneplacito quosdam non elegit ad gratiam sufficientem quā credi erant, & altera: Deus reprobis dat gratiam, quā aetū crediti erant & credere adē poterant, nisi ipsi responderent. Contrā, si Deus ex absoluta voluntate quibusdam denegavit gratiam, quā possint actu credere, vel per quam actu credant, illi ipsi etiam ex hypothesi illius absolute præditionis

(175)

ritionis actu non solum non credunt: sed nec credere possunt. Sed. Et ut adeo non solidi latibuli plus, quam præsidii insit illis Bergii verbis superioribus §. 3. in der That / gewiß / und unfehlbarlich / & illi distinctioni fidei & gratiæ, quam licet Deus voluntate consequente aliis talem & tantam præparaverit, ut certò & infallibiliter homines salventur, aliis autem minimè, nihil tamen inde & à posteriori inferre licebat ad hypothesin absoluti.

§. II. Quin si solis Electis absolute datur gratia quâ actu credant, ceteris, gratia, quâ saltim credere possint, non apparet, quomodo reprobis absolute credere nō possint? Et tamen ex loco classico Joh. XII. 39. vehementer tunc à DN. Bergio oppugnatum Universalis gratiæ dogma, objectumque fuit illud: *οὐκ ἐδύνατο μέμενεν οἱ ΝΟΝ ΠΟΤΕΡΑΝΤ ΚΡΕΔΕΡΕ.* Quare autem? Quia DIXIT ISAIAS: EXCOECAVIT OCULOS EORUM, NE INTELLIGANT CORDE ET SANEM EOS. Concessum autem jam fuerat reprobis datam gratiam tantam quâ possint credere. Igitur illi ipsi, quibus datur gratia ut possint credere, tamen re ipsa non solum non credunt: sed nec poterunt credere, idque ex absoluto decreto & inde publicato per Prophetam vaticinio. Licet autem juxta nos haut adeo magnæ res operæ, conciliare, quomodo iidem qui per gratiam sufficientem, poterant credere (post oppositam operationi gratiæ voluntariam contumaciam) justo Dei judicio tandem non possint credere, tamen ex hypothesi absoluti, non apparet, quomodo citra repugnantiam Metaphysicam iidem & potuerint credere & non potuerint credere?

§. 12. Palmariæ objectioni responsum præcipue, allegato Meissner Philos. Sobr. part. 2. p. 428. 470. & per hunc Damasceno, ex variâ suppositione particulariū *ἴα*, *Δὲ τῶν*, nec adeo semper causali, testibus locis Luc. VII. 47. Matth. XXV. 35. I. Joh. III. 14. Philipp. II. 9. Notavit jam olim & longè ante Damaseenū, seculo IV.

Z 2

Chry-

Chrysostomus homil. LXVII. in Johannem: τὸ ὄπονχὶ ἀπόλογος αὐτὸν εἰνβάσεως i.e. particulam ὅντα σεπ̄ non cause esse: sed eventus. Addit idem, Neque enim quia dixit Isaías, non crediderunt: sed quia non erant creditari, ideo dixit (illa sc. quæ habentur Joh. XII. 40.) Notat idem locutum sic Evangelistam propter τὸ τῆς γερμανίας οὐδὲν λ. propter Prophetæ infallibilitatem, quia supposita jam prædicatione non potuerit aliter, quām prædictum erat, evenire. Scilicet, ne quis illam tam prodigiosam Judæorum incredulitatem extra præscientiam ipsius Christi fuisse præsumeret, & diceret: quā gratiā venit Christus? numquid nesciebat non credituros? occupasse Evangelistam testatumque: Omnino Christo hoc præcognitum fuisse, quia Prophetæ, qui viderat gloriam Christi, tale quid per Spiritum Christi noverat & prædixerat.

S. 13. Pergit Chrysostomus: Quod hoc in loco dicit Evangelista: Propterea non poterant credere, quia Prophetæ prædixit, ita intelligitur, quod impossibile fuerit Prophetam mentiri, non tamen propterea impossibile, ut illi crederent, nec per illos credentes Isaiam futurum Pseudoprophetam: quippe qui tale quid prædicturus habuit fuisset, si ipsi credituri fuissent. Agnovit, in his verbis Johannis c. XII. 38. 39. non causam rei: sed conclusionis, & necessitatem consequentiæ, non consequentis significari. Sc. Prophetæ prædixit, Judæorum longè plurimos, etiam postillam Messiæ διαθέμα οὐκώνων inter se, eandemque doctrinā & miraculis gloriofissimam, sermoni ipsius MESSIAE non credituros v. 38. E. non obstantibus tot aureis sermonibus, tot ac tantis signis JESU (e. c. Lazarī resuscitati vid. v. 17. 18.) in non solum non crediderunt (vid. v. 37. sed &) quia Deus voluntate consequente populum Judæicum justè excœpare decrevit, & per Isaiam illud excoecationis judicium publicavit v. 40. 41.) credere non posuerunt (v. 39.) Addit Chrysostomus: que prædixit Prophetæ, tanquam omnino futura prædixit: nisi enim prorsus futuram noverisset, non prædixisset. Erant autem

autem procul dubio illa futura, cum illi incurabiliter se haberent. Nec prætermittendum, quod hæc occasione notatum Chrysostomo: Habere sc. scripturam sua quædam loquendi idiomata, cuius proinde legibus sit concedendum. Διὰ τοῦτο γέρων νέφες πολλαχοῦ: qui & solutionis loco attulit: Τὸ δὲ οὐκ ἴδυτον αὐτὸν οὐκ ἔθελον κεῖται, i. e. non poterant, positum loco: Non volebant sc. vocabula potestatis & voluntatis in populari loquendi modo Scriptura hæc insolito sape permutari: ut sic prævisi velut volentes credere, dicantur jam non posse credere: in quo posteriori rectius quam rem ipsam sentit, quam loquitur Chrysostomus.

§. 14. Ad loci superioris, & ex illo controversia expeditio-
nem notamus (1) attendendam subjecti, de quo utrumque
& τὸ non credere, & τὸ non potuisse credere v. 37. 39. prædicatur,
qualitatem. Describitur istud (1) materialiter, quod fuerit
partim ὁ ἔχασθαι s. populus, idemque in classe triplici sc. in primâ lo-
catur ὁ ἔχασθαι ὁ πείσας s. populus resuscitati miraculose per po-
tentissimam Domini JESU vociferationem, Lazari, ad ipsum
monumentum spectator c. XI. 42. XII. 17. (qui idem ὁ ἔχασθαι
ἦ μητὶς αὐτῷ fuit pars populi Dominum JESUM in ingressu Hie-
rosolymitano inde à Bethania comitati. In secundâ ὁ ἔχασθαι s. po-
pulus Hierosolymitanus Lazari resuscitati (cujus videndi causâ
Bethaniâ excucurrerat) cum Domino JESU discubentis contem-
plator c. XII. 9. In tertia ὁ ἔχασθαι s. totus ille populus ex variis, quæ
Hierosolyma festi causâ, confluxerant, gentibus, ingressuri Iesu
Nazarenî (cui obvius processerat) inter palmas & plausus Hosanna
salutator c. XII. 12. 17. 18. Partim ἡ ἀρχόντες s. Proceres, primarii
sacerdotes, ceterique magni Synedrii Assessores c. XI. 47. 48. 57.
c. XII. 10. 19. In omnibus his classibus fuere, de quibus prædicar-
tur illud: οὐκ θίλεσσον, & alterum οὐκ ἴδυτον πεδεῖν.

§. 15. Describitur II. formaliter s. quod fuerint illi coram
quibus Dominus JESUS tot ac (πολὺτερού) tanta signa ediderat et
Z 3 XII. 37.

XII. 37. e. c. Paralytici sanati c. V. 6. 8. populi miraculose cibati c. VI.
 13. 14. 26. cœcinati illito sputo lutove curati c. IX. 6. 7. Lazarus resu-
 scitatus c. XI. 43. vaticinii de Messia Sachariani nunc adimplete c. XII.
 14. 15. illius Beatorum f. tonitru majestatis de Filio testantis exauditi,
 v. 29. 30. & quibus sive ex auctoritate sive ex relatione per testes ocu-
 latos plena miraculorum fides facta c. XI. 46. c. XII. 10. 11. 17. 18.
 19. quin & quibus ipse Dominus IESUS ex pacto speciali factus cir-
 cumcisorum Diaconus personale præconium accommodaverat,
 qui que adeo non ex solis miraculis sed & ex verbo fidem sive jam
 conceperant, sive concipere poterant conf. v. 38. c. XI. 25. 27. 40.
 c. XII. a 23. ad 36. ubi illis ομηρίοις (v. 37.) immediatè præmittitur:
 Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, ne quis hīc objectam illis solam miraculo-
 rum (abstractam à Verbo & insufficientem adeo) gratiam crimi-
 netur, & illi imputet effectus fidei negationem. Sanè quos post
 tam seriam vocationem, tanto summi Doctoris eodemque im-
 mediato præconio dignatam, tantis signis & miraculis confir-
 matam, non credidisse Johannes conqueritur, illi per gratiam
 oblatam actu credere potuerant.

§. 16. Notamus II. qualitatēm prædicatorum, quorum
 alterum v. 37. oīn πήσευον εἰς αὐτὸν merè criminale, alterum v. 39.
 oīn ἡδύνασθο πεπλεύει certorespectu poenale: sc. quia ipsi DOMINO
 prædicanti & tot signis doctrinā confirmanti non credebant, jūsto
 Dei iudicio jam non solum non credunt: sed nec credere possunt v.
 39. ut sic illa ἀδυναμία νῦν πεπλεύει in v. 39. effectus fuerit illius oīn
 πήσευον, & hoc ad illud haberet rationem causæ rei: & illum pos-
 situm 2½ mīn, in tali relatione etiam, ubi sequitur ὅπι, insol-
 lentem non esse constat ex Joh. V. 16. 18. c. II. X. 47. c. X. 15. 17. c. XII.
 17. 18. I. Joh. III. 1. Act. II. 26. 27. I. Thess. II. 13. c. III. 7. 8. Apoc.
 XIIIX. 8.

§. 17. Notamus III. Prædicata illa non esse universalia,
 tum ratione classium popularium τῶν ὄχλων, tum ratione classis
 princi-

principalis s. τῶν ἀρχόντων. Opponuntur quippe illis non credentibus in Christum v. 37. οἱ πολλοὶ πιστεύοντες s. multi credentes, & licet hi non absolutè πιστοί: sed εἰς τῶν ἀρχόντων πολλοῖ s. multi ex principibus nominentur v. 42. ne tamen quis ad solos hoc Arechontas restringat prædicatum, prohibet illud καὶ accumulatum. Non solum ex communi populo s. plebe: sed etiam (quod magis mirum:) ex ipsis Principibus quidam credebant in ipsum: conf. Joh. XI. 45. Prout sc. in classe τῶν ὡν πιστεύοντων non solum fuerunt ex numero πῦ ὄχλου: sed & ex classe: τῶν ἀρχόντων: ita in hāc exceptione: τῶν πιστεύοντων intelligendi non solum illi de populo: sed & quidam εἰς τῶν ἀρχόντων sex ordine illorum Procerum, qui adētū hīc ex magnis numeris τῶν ὡν πιστεύοντων s. non credentium existuntur, vel his opponuntur. Atque de his inter duas orationes Domini JESU (quarū una v. 36. desinit, altera v. 44. incipit) quasi in parenthesi Evangelista Δικαιοσύνη interponit sc. cum Dominus JESUS pro producendā in Auditoribus fide salvificā ha-
ctenus tot ac tanta dixerit & egerit, quis illius prædicationis & miraculorum eventus fuerit sc. (1) quosdam eosdemque ma-
jore numero non credidisse in JESUM, & propterea execrationi
ni suae affectatæ justè derelictos credere non potuisse v. 37. 39. (2)
quosdam nihilominus ex classe non solum populi s. ὄχλου: sed
& τῶν ἀρχόντων credidisse v. 42. quos eventus à parte τῶν ὡν πιστεύον-
των, ne quis contra gloriam & characterem MESSIÆ interpre-
tetur, occupat Propheta v. 41. sc. hos ipsos eventus non so-
lūm à Deo prævisos: sed & prædictos jam olim ab Isaiā esse, &
quidem in illo ipso spectaculo gloriæ, cum vidisset gloriam JESU
sedentis in throno, acclamatibus τριπλάσιον Seraphinis v. 41.
neque adeo fuisse citra præscientiam & decretum permittendi,
nec repugnare gloriæ Messiæ.

§. 18. Notamus IV. Quod fit ut impleatur sermo Prophe-
tz, illud, prout antequam fit, fuit à Prophetā prædictum: ita &

(180)

antequam prædictum, sicut in præscientiâ & consilio DEI, sive ordinato, sive absoluto velut infallibiliter futurum, ipseque even-
tus propriè non est complementi Prophetiæ causa: sed comple-
mentum ipsum, quomodo illi ipsi damnatores JESU ἀγνόων
implevisse dicuntur voces Prophetarum Act. XIII. 27. conf. c. II.
23. c. IV. 28. suppositâ sc. futuritione talis eventus in mente DEI
infallibiliter præscitâ, & (ut constaret in tempore, tale quid ex-
tra præscientiam divinam & decretum permittendi non fuisse.)
antequam fieret, prædictâ, ipsaq; adeò prædictione divinâ, ubi
jam, quod futurum erat, in tempore præstatur, hoc ipso Pro-
phetia completur, & infallibilis ac verè divina fuisse remonstra-
tur: quia nihilominus positâ prædictione divinâ, propter re-
pugnantiam Theologicam & Philosophicam (quippe: ἀδύνατος
ψευδεῖος Hebr. VI. 18.) non potest non fieri quod prædictum,
inde jam non solum in bonis, vel etiam absolutâ Dei voluntate
sic ordinatis: sed etiam in malis actionibus, obtinet illud: ὅ-
τῳ δᾶ γνῶσθαι oportet fieri, & illud ipsum dicitur fieri, ut implere-
tur Scriptura, conf. Matth. XXVI. 54. 56. Act. I. 16. de exitio Ju-
dæ, quia sc. Spiritus S. tale quid de Judâ per os Davidis prædi-
xit: conf. Joh, XIX. 36. 37. Nihil aliud significatur, quam talia
qua in tempore fiunt, non fuisse extra divinam sive προφητῶν sis-
teμή βουλὴν, prout Petrus loquitur Act. II. 23. s. extra-
decretum voluntatis divinæ sive approbantis, operantis, pro-
ducentis, sive saltē permittentis, inque fines saluberrimos &
gloriosos ipsas quoque sceleratas actiones dirigentis.

gloriosos ipsas quoque sceleratas actiones dirigen-
§. 19. Notamus V. In textu Isaiano allegato ab Evangelista, DEO excocationem ipsâ literâ non adscribi: neq; enim dicitur: Propterea non poterant credere, ὅτι καθὼς ἦσαν Χριστοὶ, οὐθὲς πιστόλων αὐτῶν τοὺς ὄφελμοὺς, quin potius per illud πάλιν reduci præfens excocationis argumentum ad præcedens y. 38. ut sic non magis DEUS Iudeis fuerit causa cœcitatis, quam illius (de qua

quā apud DOMINUM conqueritur Propheta') incredulitatis.
 Sanè excœcantes infideliū, Diabolo tribuit scriptura 2.
 Cor. IV. 4. Deo autem cor cœcitate clausum aperire Actor. XVI.
 14. Nec obscure excœcatio præsens allegato hoc ipso Isaiano
 vaticinio , ad ipsum populum referunt, qui ad illustres illos
 radios Evangelii gloriae Christi, excœcantem Diabolo , oculos
 magis magisque clausurus & cor esset incrassaturus Act.
 XXVIII. 27. Matth. XIII. 14. 15. ut adeo Deus mittens Prophetam,
 & huic acclamans tres illos imperativos (1) respectu *cordis* יָמְשָׁח
 (2) respectu *aurium* הַכְּבָר (3) respectu *oculorum* עֵינָיו nihil aliud
 designare voluerit, quām πάγαν illam à Diabolo ipsaq; carne
 corruptā orituram confi. Joh. II. 11. 13. in populo continuaturam,
 usque ad felicissima tempora Messiae, quin adusque βδελυγμα
 ἐπηρέσεως vid. Isaiae c. VI. 11. 12. Si tamen daretur, subjectum præ-
 dicatorum , πνύφλωκεν, item πνώρωκεν in loco Joh. XII. 40. esse
 Deum, referenda tunc excœcatio ad actus judicii divini non ab-
 solutos: sed hypotheticos fuerit, quomodo Bergio ipse in scripto
 publicato an. 1653. cui titulus: der Wille Gottes von aller Men-
 schen Seeligkeit/ non minus præsentem, quām alias scripturæ tex-
 tus e. c. Exod. VII. 3. c. IX. 12. Deut. XXIX. 4. Joh. IX. 39. in pecu-
 liari, classe dictorum judicialium (der Gericht-Sprüche) collo-
 cavit, quæ sc. agant de justissimâ pœnâ incredulitatis & obstinati
 contemptus Evangelii, nec adeo probent: Deum etiam ubi ex-
 ternè verbum prædicari curat, absolutâ tamen voluntate quo-
 rundam actualem conversionem, fidem & salutem nequaquam
 velle: unde & loca hæc non magis (de voluntate absolutâ in-
 telligenda, quām illa Prov. I. 24. 28. 29. Ezech. XX. 24. 25. 2.
 Thess. II. 10. II. 12.

§. 20. Objecta à Bergio tum aliorum , tum præprimis
 Brentii & Lutheri autoritas est. Sanè Brentius in commentariis

A a

ad h.l.

(182)

ad h. l. agnoscit, à Domino excocatos impios Judeos ne resplicant,
nec negat, si queratur quare? posse nos aliquot causas referre,
sc. quod Christum rejecerint, quod non crediderint, quod invi-
diā & avaritiā æstuaverint. Si tamen queratur, cur non ab ipsis exe-
merit excoccationem sic, ut vel crinibus ipsos attraxerit, quemadmo-
dum Paulus attractus est? tutissimè responderi putat illo Paulino:
¶ Bāb. G.: & hoc referendum ad inscrutabilia Dei iudicia & vias imper-
vestigabiles, nihilomin9, Deum esse rerum justum ac sapientem admi-
nistratorem, & iudicia eius semper justa & prudentia, licet nesciamus,
quomodo, quā ratione sint justa & prudentia: quod si alicubi, prout
ipse Philippus in hoc dogmate altius egressus, inseruit, quibus
dum Pelagianas procellas exhorruit, ad oppositum Prædestina-
tianorum latus vel litus declinavit, quo loco illa haben-
da, jam supra notavimus: prout & de libro Lutheri de servo arbitrio,
an in illo ex scopo, & principalibus argumentis, præviā ac-
curatā locorum duriorum & molliorum collatione & illorum
ex his mitigatione aliud solidè detur pro Calvinismo & hujus
decreto Stoico, item, num retractatus à M. Luthero fuerit? alibi
ex professo egimus.

S. 21. Quæ in eādem σύγκρισει in transcurso potius, quam
ex professo disceptata sunt e. c. de religione Lutheranorum & Re-
formatorum sive unā, sive diversā (in quā Bergius Fallaciam pravæ
interpretationis & à dicto secundum quid, imputare nostris vo-
luit, quod non extensivè: sed saltē ratione articulorum fidei,
circa quos inter nos & illos detur consensus reciprocus, & ex hy-
pothesi ceterorum non pro articulis fidei habendorum, nec
in antithesi damnabilium, pronuntiatum sibi fuerit pro unā reli-
gione, in quo tamen, ex judicio Bergii, quod fuit pro religione
dogmaticè considerata, nou duplicit: sed unā, ex evidenti peri-
culo & absurdio, si à quādā circa unum vel alterum articulū fidei
consonantiā ad unitatem religionis inferendū foret, ex manife-
stā

festâ petitione principii, de dissensu in ceteris non fundamen-
tali, & jam tunc responsum facile fuit & respondeatur) de senten-
tia Reformatorum Dordracenorum non tam ex variis Theologorum
judiciis, quam ex Canonibus judicandâ (cuitum inde, quod cano-
nes ex illis judiciis educti, tum ex agnito Synodice, omnium
Collegiorum in Dogmatibus consensu, eodemque nomine à
Concilii Præside solemniter actis Deo gratiis vid. Act. Contra-
Remonstr. sess. 125. p. 336. satisfactum) de distinctione inter non ele-
ctionem s. prateritionem & à salute regnove cœlesti exclusionem, illâ
sc. absolutâ, hâc respectivâ, de differentiâ inter electionem ad grati-
am & gloriam, de fundamento discriminis conversi à non converso,
quod si ponatur in naturâ, abeat in semipelagianismum,
sc. hâc ratione discriminationem Electorum à Reprobis, esse non
à Deo: sed ab homine: quod absurdum: cui tunc quoque
ex Act. c. VII. si. c. XIII. 45. 46. quædâ reposita, tractatione ceteroqui
questiōnis ambiguæ ob periculum fallaciæ plurium interrogatiōnū aliis occasionibus reservata.

§. 22. Aliud sanè est querere: *An Deus, an homo sit causa conversionis*, per quam conversionem discernitur fidelis ab infideli? Aff. I. Aliud: *An Deus audetum verbi divini medium conversionis ordinans discernat fidem ab infideли?* Aff. Aliud: *An Deus, ut misericors promissor & justus Iudex voluntate consequente discernat electum à reprobis & adeo servandum à damnando & contra?* Aff. Nec per locum I. Cor. IV. 7. quicquam pro discretione Electorum & reproborum absolutâ (qualem Calviniani defendunt) militat: daturque inter discretionem electorum absolutam gratiæ & naturæ, & inter Prædestinatianorum & Pelagianorum hæresin, medium, quo tutissimi, præfulgente scripturarum luce imus.

§. 23. Sed post excursionem fortè prolixiorem in viam redeundum. Princeps argumentum erat de distantia dogmatica ante & post Dordracenorum, an in ipsâ Synodo recessum serio-

A a 2
solideq;

solideque fuerit à sententiâ supralapsariorum, quos vocant, & huic valedictū, tolerantiaq; sic religiosæ fundamentum sincere suppositū? quod in ipsâ gratiâ & Prædestinationis materia hactenus negavimus. Nec aliter ill. res habet in controversiâ de Merito Christi objectivè sive Universalis sive particulari, & in quâ contradictoriè quidem loquuntur judicia Dordracena, sic tamen ut cum Antecessoribus idem litus iniquum premant conf. Act. in Jud. prov. p. 169. p. 325.

§. 24. Negare quidem haut licet & in ipsâ Dordracenâ Synodo & post hanc extitisse inter Reformatos Universalis satisfactionis & meriti s. mortis Jesu Christi defensores, non Hypotheticos solum quos vocant, e. c. Amyraldum, Dallæum: sed & Ludov. Crocium, Joh. Bergium, Paul. Steinum, Sibrandum, aliosq; Reformatorum Doctores eximios, et si vix ullus magis Matthiâ Martinio, tum in Synodo Dordracenâ, tum (quandoquidem ibi prævaluit pluralitas contra sentientium) post Synodum, usq; adeò ut Colloquium Mompelgartense eo nomine, quod per Bezam collocutorem istam de morte Christi aliisque annexis capitibus item Ecclesiæ pepererit, *infelix appellaverit Paræus*. Ceterum (1) nec ante Synodum Dordracenam desunt & Integræ Confessiones, & præcipui quidam Dd. e. c. Calvinus ipse, Pellicanus, Bullingerus, Musculus, aliquando, in commentariis in primis, orthodoxa de universalis merito habentes. (2) Non sunt planè illi universalis meriti assertores, extra fermentum Calvinianum: sed quod unâ manu concedunt, alterâ destruent. (3) Thesin suam conciliare volunt cum Canonibus Dordracenis, quod manifestum doli latentis signum (4) Et dissident illi domi confutanturq; à Spanhemii, Maresio aliisq; supra lapsariorum ac Dordracenorum Canonum & Judiciorum acerrimis defensoribus, qui illis Calvinum objicientibus opponunt Bezam, Piscatorem, Perkinsium, & quos non? de quo tamen quia peculiari dissertatione regimus, plura hic apponere nolam?

§. 25. No-

§. 25. Notamus IV. Nec sive Dordracenos, sive post-Dardracenos omnes Objectū Prædestinationis & reprobationis infra lapsum prævisum ponere, nec qui sic ponunt, ascensum superiorem s. supra lapsum Adams præscindere. Constatibit id tum ex scriptis publicis Reformatorum post-Dordracenorum Rhetorfortis, Guberti Voetii, Spanheimii, imd Confessionum Gallicā & Belgicā & recentioris Angliae, nec aliter interpretantur quidam Canones Dordracenos, quām quod eo ipso, dum objectum prædestinationis, hominem jam lapsum, ipsamq; adē prædestinationem infra lapsum ponunt, superierem ascensum vel dīvīsōnī supra lapsum non præscindant, quin decretum electionis & reprobationis absolutum, ipsamq; prædestinationem ante electionem, creationem & lapsus spontanei prævisionem jam supponant, ut ita tali de finibus justitiae & misericordiae, & per utramque, gloriam, decreto absoluto supposito, sequatur demum decretum creationis, prævisio communis miseriae, & hanc, juxta illud decretum, absoluta quorundam electio, quorundam reprobatio, quā ratione inter sublapsarios & supralapsarios nihil interest, cum vel ipse Piscator (sanè supralapsarius rigidissimus) agnoverit, electionem & reprobationem propriè referri ad genus humanum jam conditum & lapsum, s. in māsa corruptā consideratum, dummodo detur sublimius, s. quod supra lapsum ascendat utriusque & electionis & reprobationis decretum s. prædestinationis, quæ metonymiè nominetur electio & reprobatio. Licet autem in Anatomiā Arminianismi, quam non multo post Synodum Dordracenam, in lucem, velut primus Symodi Hyperaspistes, Petrus Molinaeus edidit, c. 13. p. 751. perstringatur hæc decreti sublimioris & ipsius electionis ac reprobationis distinctio, velut cuius decreti in scripturis nulla fiat mentio, idemque Molinaeus id agat, ut persvadeat, Synodum à lapsu Adami arcessere vel infra hunc prædestinationem ponere, sic ut causæ totius præsidium collocet in eo, quod Deus non teneat homini restituere quod propriā suā culpā in Adamo amiserit (huc enim redit tota ipsius disputatio, & in hoc cardine vertitur universa libri moles) tamen rectè notatum à Remonstrantibus in præfatione Actorum: Non intellexisse bonum Virum in Galliā, Synodi Dordracenae consilium, manifestum sare potest Antidotum non ita pridem editum, & acerrimæ Doctorum Pastorumque qui altiori origine decreta divina ordiantur, ex isto ipsius libro natæ effensiones.

§. 26. Propiores hīc orthodoxiæ ex ipsis Reformatorum Dd. Dordracenis & post-Dordracenis facti in Britanniā, Overallus Episcopus Norvicensis, Joh. Davenantius, in Germaniā Job. Bergius, D. Paulus Steinius D. Lud. Crocius, in Belg:

D. Sibrand Prof. Franeker. agnoverunt decretum electionis & reprobationis, non infra lapsus solum: sed & decretum redemtionis, vocationis, colloquandum, notaruntque adeo hic in Puritanis ceterisque Dordracenis inversum ordinem sc. decreti prædestinationis præpositi lapsi hominis, & decreto incarnationis Dei Filii: neque verò ex hypothesi e. c. universalis, gratiae, vocationis, redemtionis aliter potuerunt, quippe ex quā viderunt necessaria consequentiā concludi, e. e. Redemtionis decretum prius esse deverso electionis, quia illud concernit totum genus humanum, hoc quosdam ex genere humano.

S. 27. Præ ceteris Joh. Bergius, prout in dogmate universalis divinæ voluntatis intentionis salvandi omnes homines: ita & in objecto electionis & non electionis ipsaq; ordinatione actuum divinorum & à supralapsariis, & à sublapsariis abiit, sic ut talis formandus ordo fuerit

1. Creatio
2. Lapsus prævisus, & per hunc communis generis humani miseria
3. Redemptio universalis per Christum ordinata.
4. Gratia & vocatio universalis sub præmio vitæ æternæ omnibus oblata, sic ut omnes per hanc credere possint
5. Prævisa nova & communis contumacia s. incredulitas Evangelicae vocationi opponenda.

Absoluta quorundam Electio ad gratiam actualis fidei & salutis

Decretum efficacis vocationis illuminationis, renovationis

Actualis conversio, & fides, in Christum

Perseverantiae donum

Electio ad gloriam s. vitam æternam

Ceterorum omnium.
Absoluta non electio ad gratiam, quā actu convertantur & credant

In negativa s. non ele- | utraq; hy- | electio ad salutem: | hypothetica | led ab hac ex- | ob superi- | clusio | orem in | positiva, ad indu- | credulita- | rationem & da- | tem s. con- | mnationem | tumaciam.

Vita æterna

Damnatio æterna.

§. 28. Apparet id peculiare in Bergio, quod non solum objectum electionis & non electionis (atq; sic reprobationu utriusque) ponat infra lapsum, imo redemtionem ac vocationem universalem: sed & hanc suppositam, novam communemque omnibus hominibus incredulitatem & contumaciam, quae sit terminus à quo electionis & non electionis absoluta, prout & id quod distinguat inter non electionem ad gratiam, & non electionem ad salutem, sc. ab hanc exclusionem, & illam quidem statuat absolutam, hanc, & utramque adeò reprobationem hypotheticam, sc. propter incredulitatem & contumaciam, imo dogma de reprobatione absoluta negativâ (non electione ad salutem, Exclusione à salute, præteritione) quod tamen fuit ipsorum Dordracenorum (prout jam supra notatum) adversari dicat divinæ constantie & veritati: alterum de reprobatione positivâ absolutâ (quod tamen non solum supra lapsiorum: sed & Infra lapsiorum multorum fuit, & necessariò ex priori fuit) repugnare naturali Dei justitiae & bonitati. Et admittenda quidem confessio est, aliisque Dordracenis vel post illam Synodum scriptoribus Reformatis opponenda, imo ipsi Bergio, velut quæ æquè destruit illam hypothesis absolute non electionis ad gratiam; quia supposita hanc absolutam, ita ut actualis conversio & fides demum sequi possit absolutam electionem, & planè sequi non possit, absolutam non electionem ad gratiam, non potest non ex eadē hypothesi absolute non electionis ad gratiam sequi absoluta reprobatio tum negativa s. non electio ad salutem, tum positiva s. destinatio ad eternam damnationem, atque sic oppugnari. (1) Dei veritas. (2) constantia. (3) justitia (4) bonitas: ut rectè à Molin. in anatomi. Armin. agnitus fuerit: Quare saltim verba molliora, quibus eadem res dieatur. Et prout hoc ipso, quod quidam eliguntur, illi ipse ad salutem destinantur, ita hoc ipso, quod quidam non eliguntur eosdem à gratiâ Dei & salute excludi, & ad perditionem destinari. Conf. anat: Arim. c. 12. §. 9. unde olim Beza firmum & solidum argumentum appellavit: si prævisa corruptio originalis peccati, & ejus fructuum, nempe peccatorum, Deo causam præbuerit aliquos damnationi destinandi, omnes essent damnationi destinati, quoniam in nullis Adami Filis Deus aliud potuit prescire vel invenire p. 221.

§. 29. Nec sanè aliter circa ordinem prædestinationis res habet: quæ runtur saltim molliora verba, orthodoxia simulacra: tenetur res eadem. Discrepant saltim modo explicandi: quia illi quoque, qui infra lapsum, ponunt objectum Prædestinationis, absolutissimum aliquod decretum ante lapsum, imo ante ipsi-

te ipsius creationis decretum supponunt, & lapsus anteponunt praedestina-
tione, saltim objective materialiter, respectu hominis lapsi, quod hic revera sit
objectum praedestinationis materiale, non respectu intuitus divini, ac si Deus in
arcano consilio respexerit ad hominis lapsum seu culpam: & haec causa, quare
reciprocent hic loquendi modos ante- & post-Dordraceni, nec solum toleren-
tur: sed & interpolata, concilientur, imò aperte defendantur apostol-Dor-
dracenis longè plurimis, & Ecclesiæ domestica minus suspectis, Antecesso-
rum, Calvini, Bezæ, Piscatoris, caterorumque *supralapsariorum* horridiora-
dogmata, vel ipse quoque duriorum & incommodiorum locutionum formu-
læ, de quibus, in *Prædestinationis*, præprimis, & *Meriti Christi* articulis, expun-
gendi, Synodiceque rejiciendis actum quidem in *Dordracenâ Synodo*, fatetur
Josephus Hallus in *Epistola ad Crocium*, ac magna Britannia, Hagiacos ac
Bremenses Theologos in rejectionem Synodicam jam consensisse: ceterum sic, ut
nec taceat illarum retinaculum: scilicet, obstatissime securi sententium pluralita-
tem, magnum semper, ubi ex solis suffragiorum numeris agitur, & illa nume-
rantur magis, quam ponderantur, veritatis, publicæq; felicitatis obstaculm.

S. 30. Omnino sic rem habere, testantur acta ieiunis 137. in qua decet
bendam existimarent nonnulli rejectionem duriorum quarundam & incommoda-
rum locutionum, quæ in nonnullis Reformatorum Dd. scriptu reperirentur, & infir-
mioribus offensionem, adversariis ansam calumniandi præberent: ceterum, utruque
diligenter expensis visum fuit potioribus suffragiis, rejectionem incommodiorum locu-
tionum esse omittendam, ne calumniari possent adversarii, rejectione phrasum in-
commodarum etiam doctrinam orthodoxam, quam professi essent illi, qui in ejus ex-
plicatione ejusmodi phrasibus duridit, aut imprudentius usi videntur, pariter dannari,
cum præsertim manifestum esset nonnullos ex iis loquendi modos esse, quibus ipse S. Spi-
ritus usus esset, nonnullos quoque, quos sano sensu ipsi Remonstrantes admississent,
longe autem plurimos, qui dextre ac commode, modo charitas adhibeatur, explicari
possent. Manet adeò hic quoque quod ex vero Molinæus scriptit: in speciem
sc. orthodoxyæ, molliora verba sunt à Dordracenis vel post-Dordracenis quasi-
ta: sed res eadem, & distantia supra- & infra lapsariorum, ante & post Dor-
dracenorū adeò, five exigua, five nulla, ὥπερ ἐδεῖξε.

Articul



Ad

Clarissimum Virum, Dominum

DN. M. OLAUM PALM / Svecum,
SS. Theol. Cultorem fulgidissimum publicè
responsurum.

SVEDIA magnificis orbi celebrata triumphis
Per quos antiquum tollit ad astra caput
Nec pietate minor, nec religionis amore
Præ quâ non cupiat laurea serta sibi
Nunc quoque nunc *roseis* sua nomina signat *in hortis*
Et sacro studio clara trophæa probat.
Tu Palma qui nomen habes, **tu gloria prima**
Jam dudum patriæ fulgida gemma tuæ
Gothorum suboles, quos vexit ad Herculis aram
Qui dedit Europæ plurima regna, labor.
Tu Palmas præfers, cœli quas **GRATIA** nequit
Gratia, quæ nullum morte perire cupit.
Quas **AGNI** peperit pretiosa *Cruore* corolla
Ex cuius, **MUNDO**, *vulnere* *Vita* datur.

Candi-

Candidus ante thronum cantat nova cantica, palmas (α)
In manibus gestans sanctior ille chorus.
Has ad cœlestes, quas ne ētit GLORIA, palmas
Securum præfers & modò pandis iter;
Sit felix! tanti mensuram nominis imple!
Justus enim, veluti florida Palma viret (β)
Quò magis hæc premitur, tantò se celsius effert
Per cædes, per onus, fortius urget opus.
Sic tu sis duris ut tonsa bipennibus ilex,
Sis justus sancti propositi tenax!

(α) Apoc. VII. 9. Stabant ante thronum cor am Agno, amicti
stolis albis: & erant Palmæ in manibus eorum.
(β) Ps. XCII. 13. IUSTUS ut Palma germinabit.

Honori & amori erga Clarissimum Virum
quod debuit cum voto L. M. Q.

Augustus Varenius.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746203144/phys_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746203144/phys_0031)

DFG



Ad

Clarissimum Virum, Dominum

DN. M. OLAUM PALMI SV-
SS. Theol. Cultorem fulgidissimum pub-
responsum.

SVEDIA magnificis orbi celebrata triūfū
Per quos antiquum tollit ad astra caput
Nec pietate minor, nec religionis amore
Præ quā non cupiat laurea ferta sibi
Nunc quoque nunc roseis sua nomina signat;
Et sacro studio clara trophæa probat.
Tu Palma qui nomen habes, tu gloria prima
Jam dudum patriæ fulgida gemma tuæ
Gothorum suboles, quos vexit ad Herculis a
Qui dedit Europæ plurima regna, labor
Tu Palmas præfers, cœli quas GRATIA neci
Gratia, quæ nullum morte perire cupit.
Quas AGNI peperit pretiosa Cruore corolla
Ex cuius, MUNDO, vulnere Vita datur.

